

13.

Hedwig, die Witwe des Markgrafen Otto von Meißen, überträgt dem Kloster Altzelle das Dorf Oetzsch.

1197 Januar 5, Schkölen

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 115 (A); Abb.: Meyer zu Ermgassen, Fotoarchiv, S. 32 (Ausschnitt) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 29,5 cm breit, 29,6–30,5 cm hoch, Plica 3,3–3,7 cm — Besiegung: SP. Hedwigs an rot-grünen Seidenfäden; spitzoval, 4,8 cm breit, 7,5 cm hoch (Posse, SW I, S. 13 und Taf. I/6 [Siegel von A]) — Dorsualvermerk: cyrographum Hedewigis de villa Ovciz sub abbate Matheo (saec. XII).

Edition: Mencke, Scriptorum rer. German. II, Sp. 449 — Koenig, Adels-Historie II, S. 129 f. (statt 229 f. = Druckfehler) — Heinemann, CD Anhaltinus I, S. 526, Nr. 712 aus A — CDS I/A, Bd. 3, S. 13 f., Nr. 14 aus A.

Regest: Weck, Dresden, S. 435 — Schöttgen, Inventarium dipl., Sp. 56 — Schultes, Directorium dipl. II, S. 381 f., Nr. 536 — Beyer, Altzelle, S. 521, Nr. 14 — Tobias, Reg. des Hauses Schönburg, S. 8 — Schönberg, Geschichte d. Geschlechtes v. Schönberg II, S. 150 f. — Saran, Parochie Altranstädt, S. 40 f., Nr. 2 fehlerhaft zu 1197 Juni 5 — Voigt, Herren von Droyßig, S. 113–115, Nr. 8 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 196 f., Nr. 1034 — Mansberg, Erbarenschaft I, S. 672; III, S. 447 — Boehme, UB Kloster Pforte I, S. 541 f., Nr. LII — Schön, UB Herren v. Schönburg IX, S. 8 f., Nr. 10 — Rosenfeld, UB Hochstift Naumburg I, S. 354 f., Nr. 393 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 77, Nr. 127.

Vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 14.

(C.) IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Quoniam non solum omnia, que temporaliter ad usus nostros subserviunt, temporalia bona caduca sunt, verum etiam nosmet | ipsi cum ipsis singulis momentis et horis deficimus, opere precium est, ut ea, que volentes seu nolentes amittimus, in tuto stationis portu, ne pereant, collocemus. | Eapropter ego Hedewigis pie memorie marchionis Ottonis vidua quondamque Misnensis marchionissa sollempni donatione facta filio meo comite Theoderico consentiente simulque manumissionem faciente saluti mee prefatique filii mei ceterorumque propinquorum meorum viventium in futurum prospiciens, insuper | et pro animabus carorum meorum defunctorum marchionis Ottonis, Alberti filii mei nichilominus marchionis ceterorumque affinium meorum villam meam Ovciz, que me paterne proprietatis iure contingit, cum omnibus appendiciis Celle beate Marie contuli solo divine remunerationis intuitu, tam sine taxatione pecunie quam sine cuiuscumque respectu | temporalis emolumenti. Huius rei testes sunt: Bertoldus Nuenburgensis episcopus, Winnemarus abbas de Porta, Meinherus comes de Wirbene, Erkenboldus de Grislaŵ, Bertoldus de Scöninberg, Tũdo de Domo, Henricus de Kanburg, Erimfridus de Colsoŵe, Albertus de Bũcheim, Heinricus de Hain, Arnoldus de Slowin, | Henricus de Slatebach, Burchardus de Vesta, Otth[o] de Lichtenhain, Ekkehardus de Tũchere, Nortbertus de Wizenwels cum filiis suis Henrico et | Cunrado, Rũdolfus de Bũnowe, Anno de Mũchele, Albertus Polen, Gumbertus de Dvben, qui et nuncius ad designandum prefata bona delegatus est. Sunt | preterea et alii testes, quibus presentibus in pro-